



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

7. Et Schidrobvrgvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

que transfressum, Albim usque penetrasse, cuncta depopulando. Winkelmannus etiam in notitia veteris Westphaliæ lib. 1. cap. 8. num. 105. Nec dubium est, inquit, Arminium hic sedem habuisse: extant enim adhuc reliquie arcis dictæ, DIE HARMES-BORG, ab Harminio prope Schier, versus Luidam oppidum. Certe arx ipsa, quæ vulgò Herlingsburg nominatur, etiam si diruta, in altissimo monte, situ ad bellum opportuno, veteris munitio- nis vestigia adhuc ostentat. Hanc à Carolo M. ever- sam memorat Ioan. Seilerus in Chron. Pym. MS. cap. 19. Pideritius autem in Chron. Lippiensi part. 2. pag. 206. fal- sò putat hoc in loco Irmensulam Saxoniam, & Heresbur- gum stetisse, quæ ad Dimolam erant indaganda.

6. ANNVA DEINDE PIO. Id quod memoriæ prodidit vita Caroli M. apud Pithæum. pag. 31. Rex Ca- rolus inijt consilium ut hiemis tempore ageret in Saxonia, & ce- lebravit natale in Cidrioburgi (alias Sknidnosburg in pago Vai- zauvaga in villa LVIDI) super fluvium Ambra. Inde abiens in Saxoniam pervenit usque ad Rimia. Regino in Chron. An. 784. Rex itaque consultis fidelibus, iterato hiemis tempore Saxoniam intravit, & celebravit natalem domini juxta Kichris- burg Vuizzagani, super fluvium Ambra, in villa qua dicitur LINHIDI.

7. ET SCHIDROBVRGVM. Ita olim Schira, seu Schidra vetus, locus in Comitatu Swalenbergenfi, nunc Lip- piensi, inter Steinhemium & Ludam situs, vocabatur. Adel- mus Benedictinus ad An. 784. Rex autem congregato iterum exercitu, in Saxoniam profectus: celebratioque in castris nata- litio Domini die super Ambram fluvium in pago Huthagoe, juxta castrum Saxonum, quod dicitur SKIDROBVRG, ad locum vocabulo Rimi, quo VVifur & VVaharna confluant, populabundus accessit.
Eadem